

Gottfried Jüngst

**Oratio Inauguralis De Professione Theologiae In Ecclesia Per Omnia Tempora :  
dicta In Illustris Lycei Hanovici Basilica & Panegyri Splendidissima Die 5. Iunii  
An. Aer. Dionys. MDCIVC.**

Hanoviae: Aubryanis, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778716406>

Druck Freier  Zugang



Blank paper label on the spine.

F *a*  
1077

Fa-1077





ORATIO INAUGURALIS, *no 78*

DE

PROFESSIONE  
THEOLOGIAE IN ECCLESIA  
PER OMNIA TEMPORA,

dicta

In Illustris Lycei Hanovici Basilica  
& Panegyri Splendidissima Die 5. Junii  
An. AEr. Dionys. MDCIVC,

à

GODEFRIDO JÜNGST,

Herbornense,

Eccles. Reform. Hanov. Pastore & Consistoriali.

quum

Professionem SS. Theologiae ordin. ordiretur,



*Sa-1077.*

HANOVIAE, LITTERIS AUBRYANIS.

1. Tim. VI: 2.

Τὰυτα διδάσκει καὶ παρεκκλεί.



O R A T I O  
DE PROFESSIONE THEOLOGIAE  
IN ECCLESIA  
PER OMNIA TEMPORA.

**A** eterne DEUS, clementissime Pater, adsumus congregati in nomine Filii tui unigeniti, gratiam atque opem tuam exoraturi, conscientia nobis multiplicis foeditatis convincens testis est: purga nos ab inquinamentis nostris in sanguine Mediatoris nostri Jesu Christi. Illumina oculos mentis nostrae, ut videamus mirabilia in lege tua: Sanctifica nos in veritate tua, Verbum tuum est veritas, conjunge Spiritum tuum verbo. Aspice dicturum servum tuum, ut quaerat tuam solam gloriam in omnibus suis actionibus, adde ipsi animum, dirige linguam sine terigescentem, pone nunc & in posterum verba tua in ipsius os, ut loquatur magnalia tua ad nominis tui sacrosancti honorem, & suam suorumque Auditorum aeternam beatitudinem. Amen!

*Viri Illustres, Generosi, Magnifici, Excellentissimi, Amplissimi, Consultissimi, Experientissimi, plurimum Reverendi, Clarissimi,*

*Doctissimiq;*

*Hospites, quotquot huc confluxistis, Nobilissimi, Spectatissimi, Doctissimi, exoptatissimi que Tuque nobilissima & praestantissima Studiosorum corona, Deliciae & dulce decus meum.*  
*Omnium ordinum Honoratissimi Auditores!*





Unquam trepidatio animum occupavit  
 meum, si unquam turbata mente & lin-  
 gua tibubante sacra mihi verba facienda  
 fuere, quod equidem ex Cathedra Ec-  
 clesiasticâ saepius, ex Academica rarius  
 contigit, quemadmodum in re adeo mo-  
 mentosâ nil temerè statuendum puto,  
 & non nisi cum tremore circa verbum Jehovah versandum  
 esse novi, sane mirum non esset, si non animo tantum hâc  
 hora, dum in lucem conspectumque tam Illustris Coronae  
 prodii, angerer, seâ plane consternerer & expavescerem to-  
 tus; sive enim animo obversatur meo Muneris impositi no-  
 vitas & gravitas, sive oculis usurpo Viros, non modo officio-  
 rum dignitate, sed & eruditionis & eloquentiae gloria, coru-  
 scos, quibus intermixta est juvenum in arte oratoria non ho-  
 spitum frequentia, inter quos loqui cum audientium appro-  
 batione haut tentabit, nisi qui praeter diffusam rerum pul-  
 cherrimarum notitiam singularem quoq; in dicendo dexteri-  
 tatem attulerit, quibus adminiculis, quam parum sim sufful-  
 tus, dissimulare non audeo, mox enim ipsimet olfaceretis;  
 Accedit, quod oratores alios ex hoc loco artis optime di-  
 cendi peritissimos & propterea celebratissimos audire &  
 admirari consuevissis, quid mirum, si haesito & plane ob-  
 mutesco, ut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram; utinam  
 esset mihi tam locuples eruditionis penu, ut plenis calathris  
 promere queam, quae sint ad palatum vestrum! eaq; bene  
 dicendi copia, quae hac panegyri digna & vestrae de Me ex-  
 pectationi aequalis sit! Quando fidelis Dei in tota ejus domo  
 servus Moses Mediator & internuncius ad Pharaonem con-  
 stitue-

stituebatur, Vir licet in omni Aegyptiorum sapientia imbutus, de difficultate loquendi linguaeque balbutie tamen que-  
rebatur, facile enim eo tempore, quo in deserto pecoris Mi-  
dianitici pastorem egerat, exquisitum & lubricum aulae  
idioma dedidicisse poterat; si forsan & ego homuncio in-  
eunte aetate ornatae dictionis quicquam hauseram, id pasto-  
rale pedum, simplicitate sancta gestiens, hinc inde gestum,  
minuere & detetere coepit: rei itaque novitas merito me  
petcellit. David inter fratres statura spectabiles natu & spe-  
cie minimus, cum factorum egregiorum primitias victoriam-  
que inauguralem exhibiturus, in monomachiam cum Palaes-  
tinorum Thrasone, homine montis instar descenderet, bel-  
licoque apparatu galaeatus plus impeditum quam prove-  
ctum se sentiret, non possum, inquit, cum his incedere, pe-  
râ, pedo & funda pastoralis assuefactus; parùm interest, quin  
& ego miser, consultius forte, honoribus Academicis reje-  
ctis, pastoralis pedo, tanquam mea sorte consueta, conten-  
tus porro agerem. Et jam plane silentii peplo involverem  
ea quae ad vos, Aud. Hon. dicenda habeo, si consequerer  
eundem favorem, quem dicendo demereri debeo; Home-  
rus de Graecorum praeconibus Thalybio & Euribate, qui  
ab Agamemnone ad Achillem, ut ei Briseidem Virginem le-  
ctissimam abducerent, missi erant, commemorat, hos Ora-  
tores in Principis conspectum admissos obmutuisse penitus,  
ea tamen pudoris & verecundiae significatione puellae, cu-  
jus gratia illuc legati fuerant, compotes discessisse; conster-  
nati quippe fuerant tanti herois Majestate, cujus nihilomi-  
nus animi magnitudo fuit tanta, ut conspectâ ipsorum Mo-  
destiâ & necessitate ponderata, qua ad fungendum ista lega-  
rione constringebantur, censuerit non minus votum ipsis

concedendum, ac si oratione dulcissimis eloquentiae lenociniis comparata, animum suum demulserint. Vester splendidissimus confessus Mihi quoque, si imbecillitatem meam respicio, tantum metum facile incutere posset, ut vox rigida siccis haereret faucibus!

Verum enim verò, Cum Deus O. M. à cujus nutu omnia pendent, ita voluerit in fatis, ut exemplo ubivis in Academicis obvio, talentum meum, quod non admodum magnum tamen est, foeneri non modo in Umbone Ecclesiastico exponere pergerem, sed & in Cathedra Academica pro virili aliis foeneratoribus, tales enim sunt Deo sacrati juvenes, concredere, nixus Spiritus sui sancti, in omnem veritatem ducentis, ulteriori gratia, heic pedem figam, & quod Ecclesiae, Scholaeq; illustri Hanovicae iterum iterumque felix faustumve sit! Professionis Theologicae, mihi Auctoritate publica, absque meo ambitu viisque Theologum haut decentibus, demandatae, primitias nunc offeram absque omni cunctatione, tenues quidem, si oratorem, sacras autem si materiam consideres. Deus enim & ex ore infantum & lactentium parare sibi novit laudem, & invictissimum robur ad abolendum hostem & vindicem sui; poscente idem consuetudine receptâ: faciam autem id tanto cordatior quod ad vos non ut rigidos iudices, verum benevolos conatuum meorum testes, fautores & adjuutores habenda sit sacra oratio.

Dispicienti autem mihi de argumento huic solennitati conveniente subiit, cum ad *Professionem Theologiae* obeundam sim legitime vocatus, differere de re minime aliena à meo Munere & hoc die, de *Professione scil. Theologiae* quatenus viguit in *Ecclesia per omnia Tempora*. Nolite autem existimare Audito-

rcs,

res, me in argumento tam copioso & arduo omnia huc spectantia in hisce, quibus circumsepti sumus, temporis angustiis, ex hausturum, id quod etiam nec mihi arrogo, nec si vel essem tanta ingenii doctrinaeque copiâ, quanta ad hanc rem aigne persequendam requiri ipsi intelligitis, fert horulae, quae ad dicendum mihi assignata est, breve spatium. Capita rerum si tetigero, & summos delibavero apices, officio me in praesentiarum satisfecisse putabo, omnia enim, quae in historiis sacris & Ecclesiasticis continentur, huc aeq; minus ratione nominum & personarum variarumq; circumstantiarum trahi possunt, ac in Mappa Geographica omnes provinciarum, civitatum, amnium, montium, domuum minutiae. Describam autem *Professionis* nostrae *Theologicae* tum *antiquitatem* tum *eiusdem praerogativam*, qua omni tempore gavisa est. Quod dum aggredior, ut mihi vacivas aures praebere, vestraeque benevolentiae favonio infantiam meam supplere non dedignemini, obnixè rogo: dicam brevius, quam forte tanta res dici possit.

Acturi itaque de professione Theologiae in Ecclesia Dei per omnia tempora, percurramus strictim & succincte tempora *promissionis*, *legis* & *Evangelii*. Theologiam videlicet non sumentes, nisi quatenus continet doctrinam, qua homini peccatori ad Dei communionem, in illius glorificatione cum sua salute, via monstratur. Quam in rem professio seu publica institutio post lapsum homini peccatori facta est necessaria, quae necessitas etiam durabit ad finem dierum. Cum enim protoplasti mox è manibus gloriosi sui Creatoris prodissent, erant eorū mentes pulcherrima ipsius imagine condecoratae, consistente in sapientia intellectus & ἐσιότητι τῆς ἀληθείας voluntatis, unde omnium corporis membrorum decentissima  
dire-

directio, reliquarumque sublunarium rerum subjectio enascatur: Nullo tum alio Magistro opus habebant, cum apud ipsum summum & sapientissimum Deum essent interioris admissionis, quocum familiarius conversari, ipsiusque sacrosanctum oraculum, quancumque; volupe erat, interrogare poterant; tum erant vere למדרי יהוה Θεοδιδασκτοι, docti à Deo; Theologi. Ast proh dolor! vix finiti homines Creatori optimo tergum obvertentes desiderio ventris appetebant evanidam creaturam, praeter speciem nil boni realis, comparata ad Deum, in recessu habentem; Ecce Creaturae tam nobiles obbrutescentes pro luce illa Dei, illius ignorantiam ut & in simul rerum Divinarum maximam accepere, ut ψυχικὸς ἀνθρώπων non amplius capiat ea, quae sunt Spiritus Dei, Φρόνημα vero σαρκὸς sit inimicitia adversus Deum, nec idonei sumus ad quicquam boni cogitandum, imo omne figmentum cordis hominis sit οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἄλλο ἢ κακία tantummodo malum omni die: in homine naturali nil remanserit nisi sentina vitiatorum, horror conscientiae, impotentia, horrenda ἀταξία & tandem mors aeterna. Quomodo autem ex hisce tetricis calamitatibus eluctari homo miser queat, hoc opus, hic labor, homini in se considerato undique haeret aqua; misericors autem Deus ipsius misertus partim per longanimitatem & χρηστότητα, partim autem salvificam gratiam ipsi viam, media & modum ostendit.

Uti tribus temporum periodis, ita & promissionis tempore *Professorem Theologiae* primum agit ipse DEUS BENEDICTUS promulgando mox per unigenitum FILIUM suum (τὸν λόγον) protevangelium, in quo compendium totius Theologiae contineri, non est hujus loci pluribus demonstrare. (vid. *Celeb. D. Gürtleri Antecess. nostri Institut. Theolog.*)

Eam

Eam videmus saltem tam esse *antiquam*, ac ipsam post lapsum Ecclesiam. Institutio autem hæc divina illam quoque habuit ἐνεργειαν, ut primi parentes eo pede ipsi in *professores* hujus *Theologiae* evaserint, *Adamo* impositione nominis uxoris suæ הוה tanquam: אִם כָּל חַי עֵוָה *Eva* vero denominatione primogeniti sui *Caini*, luculenta edentibus specimina; quo si primas ipsorum vestes, pellibus, procul dubio animalibus in sacrificium offerendis detractis, constantes, viri doctissimi sensu *Mysterii* pleno juxta σύγκρισιν πνευματικῶν, referunt, rem acu tetigisse mihi videntur. Et ubi putamus *Habelem* fide didicisse πλείωνα θυσίαν Deo offerre prae *Cain*, ita ut *Apostolus* de ipso testetur, quod ἀποθανὼν, ἔτι λαλεῖται, quam in schola *Theologica* patris? (erant enim toto promissionis tempore scholae magna ex parte domesticae, ut jamjam patebit) dicere enim id didicisse homines ex proprio instinctu, & certiores fuisse factos divino ἐμπνευσμῶ, esset staturinare Deo adeo exosam ἐδελθρήσκειαν.

Cum homines postea auferentur, *professio Theologica* non minores vires adepta est, *Setho* enim ejusque filio *Enoscho* *Habeli* in pietatis exercitiis substituto אִם הוה לְקַרְא כְּשֵׁם יְהוָה; coeptum fuit isto tempore praedicari de nomine *Jehovah*, in Ecclesia & collegiis *Theologicis*, vel se homines denominarunt nomine *Jehovah*, accipientes nomen בני אלהים *Filiorum Dei*, contradistincte ad בני אדם *filios hominis* qui in familia praecipue *Caini* patris sui viam insistebant, altera parte veram *Dei* θυσίαν profitente, ex quorum heterogeneorum mixtura carnali sensum tam impia progenies exoriebatur, ut בפילים *nebulones*, אנשי השם *viri nominis*, pro suo nomine & in sacris etiam auctoritate litantes, spretores verbi & *Spiritus Dei* tam invecundi creverint, qui non nisi diluvialib<sup>o</sup> undis ab universa terra tandem extingui atque deleri meruerint.

B

Profes-

*Professionem Theologiae* tum temporis grandaevi Patriarchae non intermiserunt, ex quibus septimus ab Adamo *Enochus* cluet inter celeberrimos: quod enim is publicam Theologiae scholam continuerit, clarum est ex ipsius encomiis, Apostolo Juda ipsum laudante, quod de Messia, sese, tanquam summum universi judicem, ad ultimum adventum accingente *πρωφῆταις*: quae vox notatione sua innuit *profitem publici*: Imprimis hic vir sanctus Theologus erat ipsa praxi, ambulavit enim cum Deo, adeoque *πίσει μετέειπεν* ne mortem videret. (Heb. 11: 5.)

Quibus laudibus ad sidera tollam *Noachum*, ultimum primi & primum alteri orbis *Theologiae professorem*, Janum istum bifrontem, simili notatione à Petro Apostolo insignitum *δικαιοσύνης κήρυκα*, *justitiae praecorem*, publice docentem justitiam, non modo vindicativam in Deo, & iusta facta hominibus inesse debita, sed quo pacto homo peccator inveniat justitiam in semine mulieris, i. e. jus ad vitam aeternam? sic simul ac post regressas ferales undas terram rursus contingeret, Deo paravit Eucharistica, exponens pariter oeconomiam Dei circa suos posteros, *schemum* videlicet fore insignibus populi Dei primum clarum, donec & *Isaphetus* ad tentoria ista Ecclesiae verae in posteris Europaeis nostro hoc tempore admitteretur, Canaane jacente interim sub execratione.

Cum autem Theologum non deceat quicquam loqui praeter *τὰ λόγια τῶ θεῶ*, ab ipso inspirata ipsiusque ore prolata, cane pejus & angue talis odisse debet *humanum nomen* vel auctoritatem in Theologicis, ut hinc facile capiatur cur consilium carnis, de extruenda in terra Sinear sub auspiciis Nimrodi turri & urbe, Deoram in visum fecit in aedilibus Babelis, ut propter stultitiam hanc, qua ipsum coelum petebant, cum *Schechina* consultare, de coelo descendere eorumque

que labium discindere operae duxetit pretium, quæ sane ratio multo hujus divini de descensu consilii ponderosior apparet, quam Judæorum & judaizantium figmenta, de idolo turri imponendo, de gradu in coelum parando, de periculo diluvii evitando aliisque gertis, mysterium Babelis, etiam in N. T. tanquam antitypi veteris, non exhaurientibus.

Multiplicatis denuò mortalibus, Gentes Deus neglectius habuit & propriis incedere viis sivit, excepta *Heberi* profapia; in qua nihilomin<sup>9</sup> grassabatur mox corruptio adeo universalis, ut ipse *Abrahamus* idololatria popularium suorum Chaldaeorum tantum non inficeretur, quem *Jehovah* repetitis apparitionibus ex conversatione mala, qua semper corumpuntur boni mores, rapuit, seque ipsi tanquam scutum & mercedem magnam valde &  $\text{מלך שם}$  patefecit; *Melchisedeco* Salemi Rege & Pontifice, *Lothog*, inter Sodomitas impios non minus aequè *Theologiam* sanam *profitentibus*: sicut autem ignis absque operatione & motu non existit, ita verbum & revelatio Dei foederati non reperitur in homine, quin eum agat ad alios quoque instituendum veraque Dei cognitione imbuendum, ita *Abramus* in familia sua bene numerosa scholam *Theologicam*, cui tanquam Moderator praefuit, publice adcrnavit, splendidissimo propterea aliquoties iterato testimonio à Deo maestatus, quod *Moses* hisce proponit verbis: *Ego*, inquit *Jehovah*, agnovi *Abrahamum*, ut cum praeceperit filiis suis & familiae post se, & observent viam *Jehovae*, exercendo *justitiam* & *ius*, usque praestet *Jehovah* *Abrahamo* id quod promissit. *Gen. 18: 19*. Quam institutionem *Theologicam* continuavit & suis tradidit *Isaacus* exstruendo aras & filiis suis dicendo bene. Quid jam de *Jacobo* dicam paternarum virtutum & benedictionum haerede? quoties ille toto vitae suae tempore exercitia *Theologica*, in ipsum a patre & avo



devoluta, coluit & liberis tradidit, tam structione monumentorum, symbolis Theologicis insignitorum (exempli gr. אלהי ישראל Gen. 33. fin.) quàm suam familiam docendo & à falsorum Deorum cultu reformando. Imprimis Patriarchæ isti Theologicas suas institutiones vivide exercebant moribundi, quo omnino pertinent cygneæ cantiones *Jacobi*, ejusque non minus filii sapientissimi juxta & piissimi *Josephi*, ubi apprime notandum, utrumque noluisse sepeliri extra terram Canaan, ne promissi in ea nascituri seminis magni fidem abnegarent.

Prius autem quam ad secundam Ecclesiæ epocham transgredior, silentio non prætereundi mihi sunt quidam viri illustres scientia & professione Theologica insignes, extra familiaritatem quidem patriarcharum tum temporis, sed non extra pomeria regni Dei vivenres, *Jobum* cum Amicis indigito, qui incomparabili rerum divinarum notitia, conjuncta eloquentiæ examussitatae, polluerunt: nonne enim ipsorum dialogi referti sunt materiis Theologicis abditissimis? nonne artem disputandi accurate exhibent? qui viri doctissimi, modo in hypothesis tam firmis incessissent talis, ac in thesi fecisse deprehenduntur, nullatenus à Deo culpa perversi colloquii accusati fuissent; quam efficax & penetrans est professio futuræ resurrectionis ejusdem carnis, qua in ærumnis maximis sese *Jobus* erigit notitia Theologica & fiducia vivi sui Goëlis? (c. 19: 25, 26.) Cujus Messiae personam & triplex officium tanquam fundamentum veræ & solidissimæ consolationis in vehementissimis afflictionibus commendat & Theologicè profitetur *Elihu Buzites*, vir mira sapientia sanctaque in loquendo circumspectioe præditus, (etsi enim natu minimus esset, ipsius tamen sermones Theologici non leguntur, ut reliquorum, à Deo culpatis,) quando præ-

praedicat sponfionem Angeli מלייק Advocati, Oratoris, Legati, Interpretis, qui solus homini lapfo annunciare aptus natus est rectitudinem, tum Dei *diatoma* tum sui, tanquam profeta, illique gratiofus est, tanquam Rex infidens throno gratiae, aft tanquam Pontifex comparet coram patre ut offenso iudice intercedens: redime hunc ne descendat in foveam מצתי כפר *inveni lytron.* (c. 33: 23. 24.)

Licet autem Deus Oeconomiam, haftenus quodammo-  
do liberiozem, sub V. T. ad cujus initia nunc fumus delati,  
reddiderit jugo umbrarum cultusque carnalis choragio feve-  
riorem, nihil tamen *professioni Theologiae* decessit, lex enim  
promiffioni nil derogavit, quin potius concinniori ordine  
res Theologicae tractari coeperunt: populo enim Ifraelitico  
mirum in modum aucto, domestica haftenus vigenz institu-  
tio Theologiae, non erat fatis adminiculi ad docendam to-  
tam Gentem Judaicam ut vel ipfa neceffitas praeter Dei glo-  
riam, professionem pofceret publicam. Haec ipse DEUS  
BENEDICTUS novam introducturus Oeconomiam rursus  
primas publicae professionis tenet, FILIO suo legis decem  
verba folenni & majestatico modo eloquente. *Moses* autem  
eiusque frater *Aaron* insignes & Excellentiffimi lecti erant  
publici Ifraelis formatores, fuos difcipulos totumque popu-  
lum impigre instituentes, velut de agno pafchali, de manna,  
de confecratione primogenitorum, de adminiftranda iufti-  
tia, de decalogo, & cultus publici variis partibus, quod pps  
Deus, ut faerent, dederat in mandatis, hinc exclamat ser-  
vus Dei fidelis in tota eius domo (Deut. 4: 14.) *praecepit mi-*  
*hi Jehovah docere vos statuta & iudicia;* quae verae Theologiae ele-  
gantia etiam extraneos movit fimilem introducere, quod in  
*Jethrone* Midianitarum pontifice eveniffe, ut & ex *Bileami* adu-  
latoris profetia, notum est. Singulares Deus fuppetias ab

eo tempore docendae Theologiae tulit Ecclesiae , dum curavit verbum suum per Mosen literis in testimonium omnium posthac *καληθησομένων* consignari, quod hactenus, propter Patriarcharum grandaevitatem, apparitiones divinas saepius iteratas & Ecclesiae angusta latera, non adeo fuerat necessarium. Quia autem tantae molis negotio unus alterve homo non sufficiebat, Deo placuit totam *tribum Levi* non modo exercitiis cultus publici, sed & institutionibus Theologicis praeficere, urbibus peculiaribus quadraginta octo, tanquam totidem Academiis, & decimis luculentissimis tanquam salario, ne bioticis distraherentur, eum in finem honoratam; nolebat ideo Deus ipsos vinum vel potum inebriantem bibere, si ingressari sint tentorium, ad discernendum sacrum & profanum in sacrificiis, *ad docendum filios Israelis omnia statuta, quae edixit Jehovab per Mosen.* (Lev. 10:9-11.) Sacerdotis labia custodiebant scientiam, ex cuius ore lex requirenda. (Mal. 2:7.) In rebus quoque occultis & dubiis praecipit Deus, (Deut. 17:5.) *adire & consulere sacerdotes & Levitas.* Ut vero non illotis, quod ajunt, manibus res Theologicas tractare praesumerent, manebant in subselliis studiosorum Theol. ad annum usque tricesimum, postea a Davide in 24. classes divisi.

Possemus nunc maturantes, ne nimium exerceat Oratio, ad tempora longe posteriora pergere, *Levitis* professionem Theologiae ordinariam per omnes V. Test. periodos obeuntibus, nisi occurrerent in historia sacra, tum inter ipsos, tum extra ordinem, viri quidam magni silentii supparo minime sepeliendi, tum regentibus populum Dei Judicibus, tum dein Regibus, tum durante captivitate Babylonica, tum illa superata. Ut enim de *Jehosuah* viro Spiritu sapientiae pleno & impositione manuum inaugurato nil amplius referam, quam

quam legisse ipsum examussim Theologica Praedecessoris sui vestigia, non praetermittendus videtur, post *Judicium* ambigua intervalla, Pontifex *Heli*, inter quem *Ithamari*da & *Pineam* Eleazarida scriptura nullum memorat, qui quod institutiones Theologicas habuerit, nos, ipsius fidei ab ephelis commissus & Deo a Parentibus devotus, egregius discipulus *Samuel*, non sinit dubitare, qui in scientiis Theologicis tantos fecit sub hujus manu ductione progressus, ut, si ullus, sane *Samuel*, praeterquam quod regimini vacaret, sese omnibus numeris absolutum *Theologiae Professorum* exhibuerit, Habuit enim *Academiam Najothi in Rama*, (1. Sam. 19. 20.) ubi praerat congregationi profetarum, quos ministerio Ecclesiae praeparabat. Qualia Gymnasia & reliqui profetarum coriphaei habuere *Elias* maxime & *Elisaeus*, quibus discipulorum frequens corona adhaerebat, qui *profetarum filii* i.e. Studiosi Theologiae multoties audiunt in libb. Regum. Collegia tanquam Auditoria ubi morarentur ipsos habuisse ex c. 6. poster. libri claret. *Ecce, inquit, jam hic locus, ubi nos consideramus, angustior est, quam ut nobis sit satis, abeamus quaso usque ad Jordanem, ut accipientes inde quisque tignum paremus nobis illic locum, ubi habitemus*, convenit illud poetae:

Utque alios alii de religione docerent

Contiguas pietas jus sit habere domos:  
gerebant quoque ad conciliandum reverentiam Doctores muneri sacro, pallium, quo investiri gestiebat *Elisaeus* per abiturum patrem i. e. praeceptorem *Eliam*. Ne autem choro profetarum nimis cito pede ingeramur Scholae Theologicae *Davidis* Regis gloriosissimi verbulo saltem mentionem injecisse juvat, non tantum enim aulae suae optime dispositae *Nathanem* & *Gadem* Theologos & profetas praeposuit, qui etiam munere suo pastoralis rite functi sunt, sed & habuit suum

suum מנצח cui *cultus publici moderatori* traderet hymnos amabiles, à se dictante Sp. S. compositos, sive is *Asaphus*, sive *Ethan*, sive *Heman*, sive *filiorum Korah* quidam fuerit; non puduit Regem maximum *Theologum* citare pueros, quos velit edocere timorem Domini, (Ps. 4: 12.) Nec degener fuit in hac parte ejus filius & successor *Salomo*, composito non tantum proverbiorum & Cantici Canticorum sed & libro *Kobelet* *profertis in congregatione*; imo Rex hic sapientissimus tantam sapientiae famam sibi conciliaverat, ut finitimi Reges de ejus amicitia sibi non modo gratularentur, sed & *Reginae Austri* multo terrarum tractu Hierosolyma disitae venerint ipsius *Collegia Theologica* & sapientiam incomparabilem audituræ. Regno dein' sub *Rehabeamo* scisso, & corruptione omnigenâ in cultu & vita orta, non defuere tamen suo quisque tempore & ordinarii & extraordinarii *Theologi*, Pontifices & Profetae. *Abias Silonites* Zelo Theologico actus indignatusque cultum falsorum numinum, ipsi Jeroboamo Regi in faciem restitit. (1. Reg. 11: 29.) *Ananias* quoque *Asæ* tempore, licet carceri includeretur, publice Regi, alias pio, contradixit cum plus Syrorum exercitui quam Deo esset confisus. (2. Chron. 16: 7.) Sic *Jonadab Rechabi* filius Sacerdos astitit reformationi *Iehu* à Baalismo fortiter, imo certus de imminente calamitate filios potionem & cultura vini interdixit, non absque notabili Dei encomio & privilegio, quod de *Rechabitis* notat *Jeremias* Profeta. (cap. 35. 6. 19.) *Iojada* Pontifex maximus nullum non movit lapidem, ut basis totius *Theologiae*, foedus videlicet populi cum Deo redintegraretur, idololatriæ autem serperastra confringerentur, quo vivente etiam omnia in regno Dei ex voto cedebant, *Ioaso* Rege faciente quæ recta erant in oculis *Jehovae*, *Iojada* autem ipsum *instituentem*, (2. Reg. 12: 2.) quem imitatus filius *Zacharias* pretii loco *Joasi* Regis jussu lapidibus obruitur.

obruitur. (2. Chron. 24: 21.) nec silendus hic sacerdos, qui *Cuthaeos*, abductorum in Assyriam Judaeorum loca Samaritana incolentes, docuit, quomodo Dominum timere debeant. (2. Reg. 17. 28.) Haberemus equidem heic loci, nisi festinandum esset, multa adhuc dicenda de *Theologiae παραδόσεις* inter sedecim *Profetas Canonicos*, qui partim ante, partim intra, partim post captivitatem Babylonicam docuere & scripsere, erant enim omnes filii profetarum, praeter unicum fortassis *Amosum*, de se confitentem, quod nec profeta sit nec filius profetae; post raptum namque *Eliae Elisam* Doctorem septuagenarium vidit *Jesaias*, hunc *Jeremias*, illum *Daniel*, eum *Zacharias*, hunc *Efras* & *Nehemias*; qui hic & nunc à piis, vias patris sui Davidis incedentibus, Regibus *Josaphato*, puta, *Josia* & *Ezechia* sustentati & defensi fuere. *Josaphatus* Regnum possedit tam pacatum, ut factus fuerit terror omnium Regnorum terrae, quia, (ait sacer scriptor 2. Chron. 17: 7.8.9.) *Deum patris sui requirebat, & non imitabatur factum Israelitarum, sed mittebat in omnes Regni sui partes doctores, qui subditos in lege Dei informarent.* *Josiae* Regis tempore, invento voluminis sacri in templo per *Hilkiam* pontificem autographo, quantas v. rae *Theologiae* professio acceperit vires, coepta reformatio innuit, sedulam *Saphane* scriba simul navante operam. (vid. 2. Reg. 22. 2. Chron. 34.) Quam in corruptam *Theologiam* sanam conservare porro studuerunt, durante captivitate *Babyloniae*, viri à Deo inspirati, ut patet non tantum ex divinissimis *Ezechielis* & *Danielis* oraculis profeticis, sed & *Gedaliae*, relictis rerum *Judaicarum* in terra *Canaan*, Regis tamen *Chaldaeorum* nomine, praefecti, favore erga *Jeremiam* profetam, reliquias istas *Judaici* populi instituentem, (2. Reg. 25. 22. Jer. 40. 5. 14.) qui fidelem diligentiam quoque in discipulo suo *Barucho* informando collocavit cum fructu. (Jer. 45.)

C

Supe-

Superata septuagenaria ista captivitate jure merito viri doctri-  
 trinae & pietatis laude insignes, tam pro restauranda reli-  
 gione avita ejusque exercitiis publicis, quam reparandis ur-  
 bibus vicisque curam impenderunt: Inter quos caput ex-  
 erunt emicantque velut inter Luna minora sidera, *Haggæus*,  
*Zacharias* & *Malachias* Profetæ, publicato, juxta Jesaiæ &  
 Jeremiae prædictionem, *Cyri* de recuperanda terra Israelis  
 edicto: inter ascendentium primores fuere *Zerubabel Scheal-  
 tielis*, & *Josua*, seu *Jesus*, *Jehosadaki* pontificis filius, ille Judæo-  
 rum primas, ex Regio Jechoniae stemmate, hic summus  
 sacerdos Aaronides, ille illustre dedit sinceritatis specimen,  
 sacerdotes quosdam ἀγενεαλογήτες removendo, ornatus *Si-  
 gilli & Electi Dei* titulo (Hagg. 2: 23.) hic etiam restituendo  
 cultui divino tantopere litavit, ut contra Satanae calumnias  
 non modo defenderetur, sed in signum libertatis vestibus  
 albis insuper amiciretur a Christo. (Zach. 3.)

Pergamus ad *Efram* עֶפְרַיִם scribam illum, sub Arraxerxe  
 Hierosolymam ascendente, qui, acceptis à Rege amplissi-  
 mis privilegiis, magnum imprimis nomen per *lectionem* sive ex-  
 planationem *legis* consecutus est. Cujus & *Nehemiae* aucto-  
 ritate fundari coepit *Synagoga magna* centum & viginti capi-  
 tibus constans, cujus praeses *Esra*, ut & librorum scripturae  
*Canonicorum* in ordinem redactorum & compactorum  
 communis Auctor perhibetur. Quomodo jam *Scholae*, quan-  
 tum injuria temporum concedebat, inter Judæos ordinariae  
 & Magistri sibi tanquam publici *Professores* succedentes, or-  
 dinario χειροθεσίας ritu, promoti non sine testibus; qui mos  
 innuere, ut hoc inspiciam, videtur translationem quasi dono-  
 rum suorum in alium. Quem in finem in V. T. sacris holocau-  
 stum sacrificandum ad aram adducentem animali mactan-  
 do manum prius imponere i. e. suam reatum transcribere  
 oportebat.

Dicitur

Dietae *Synagogae magnae* spectabilia membra fuere, praeter Profetas posteriores hagiographos, *Jaddus*, alias *Simeon* iustus, qui legatione ad *Alexandrum M.* rite functus, & inter caeteros *Onias*, cujus mentionem *Syradices* Jesu filius, qui egregius Theologus quoq; erat, facit. Laudati collegii auctoritate *Canon* librorum V. T. constitutus, *versioque Chaldaica* V. T. adornata creditur, tribuuntur & iis circa textum S. non modo פסוק וסוף. *finis versuum*, sed & *Keri* & *Ketif* seu diversae lectiones, cum *paraschis* sabbaticis. Paulo post haec tempora à viris Theologicis scriptura sacra, jussu *Ptolomaei Philadelphi* *Aegypti* Regis, ad augendam ornamdamque instructissimam suam Bibliothecam Alexandrinam, quod ex dedicatione *Aristaei* palam est, in linguam graecam LXX. *Interpretum* ope translata vulgo traditur, quae res ad annum ducentesium & septuagesimum ante natum Christum referri solet. Imperio Judaico demum ad Pontifices devoluto, *Asmonaeorum* aevo nunquam defuere institutiones sacrae in lege Dei. *Matthias* filiis suis *Maccabaeis* Theologico facem praeferebat insigniq; exemplo, ne latum quidem unguem recedens à legis divinae praescripto, imo ut tuto magis doceret *Theologiam*, extra urbem *Modinam*, cum multis piis, in desertum fugam capessebat; cujus ultima verba ad filios attentione quoque digna sunt. (vid. 1. *Maccab.* capp. 2. 3.)

Quantquam autem sub templo secundo *Theologiae* *Judaicae* *Professio* sacra tecta & adeo pura manserit, ut Doctores ab *Idololatriae* crassae crimine Dei populum conservaverint immunem, paulatim tamen fervore & ambitione de religionis capitibus disputatum & in diversa itum est, hinc ista fundi calamitas, quod sese in sectas, & quidem tres novas *Pharisaicam* à separando, *Sadducaeam* à *Zadoco*, *Antigoni Sochaei*, capitis *Synagogae*, discipulo perverso, & *Essaeam*



à medendo dictas, dispescuerunt ( calculus hujus rei ad centesimum & quadragesimum annum ante Adventum Domini in carnem reducitur. ) Quod partium studium sensim tantam verae *Theologiae* eclipsin invexit, ut plus de regione quam religione ipsi in cathedra Mosis sedentes comperti fuerint solliciti, *Φρόνημα τῶν διδασκάλων* autem, sanae doctrinae, de Messiae persona & statu, nec minus de justificatione peccatoris coram Deo respectu, adulteratum, imo cognitionis clavis ablata penitus: *Hillele & Schammai* cum discipulis circa octodecim controversias, non nisi Eliae adventu terminandas, separatis, licet uterque Pharisaeorum sectae addictissimus audiat. Et docuit utiq; stultorum magistra experientia, nullo non tempore *Theologiae* pestem magis noxiam istà doctorum discordia fuisse, qualis erat & haec, quod eodem tempore de titulorum ampullis dimicabatur, quibusdam *רב Rabb*, aliis *רבי Rabbi*, praecellentissimis vero *רבב Rabban* nominari inhiantibus, quam superbiam Christus Dominus in Discipulis suis nequaquam ferre voluit ( *Matth. 23. 7.* )

De properatis ita uno quasi impetu V. T. spatiis, delapsi sumus ad Novi felicioris ingressum vel potius praeparationem. Nascente enim optimo SALVATORE, DEI BENEDICTI FILIO, praeter pios ejus Parentes, *Iosephum & Mariam*, *Zachariam* sacerdotem, & *Simeonem* justum, visione & super ulnas gestatione nati Messiae non sine diffusissimo gaudio beatum, illius praecipue filius *Iohannes Baptista* in partibus Judaeae saltuosus & asperis munus sinceri *Theologi* obivit strenue, proprios instituens discipulos, tantò sane beator, quod digito Messiam, mediatorio munere publice fungi incipientem, commonstrandum, carcerique propter cordatam veritatis *Theologicae*, quae est secundum pietatem, *Professionem*, inclusus, discipulos ipsi Messiae Domino commendandi occasionem habuerit

buerit optatissimam. Quid autem de ipso mundi SALVATORE ejusque publica purissimae εἰς κόλπον τῆ πατρὸς haustae Theologiae Professione dicam? Ipse utique non tantum communis Theologus, sed ὁ λόγος τῆ Θεᾶ, aeterna aeterni Patris effigies & sapientia, רבךמח loquens ille, eum utique in finem nomine τῆ προφήτε καὶ ἔξοχῆν, Πρῆ praeconis, doctoris lingua erudita instructi, doctoris justitiae & similium, stylo Profetico descriptus, est & manet solus noster αὐτὸς ἕφα, unicus καθηγητής, qui in Scholis saepius Scripturas explicuisse, cum Apostolis tanquam novis duodecim Ecclesiae N. T. Patriarchis, lectisque septuaginta discipulis, legitur: hic incidit Centurio à Synagoga aedificata commendatus, (Luc. 7: 5.) quales obtinebant eo tempore ubivis. Nec prætereundi omnino videntur Nicodemus, Doctor Israël ejusque Collega pius Iosephus regni Dei praestolator; imo in numerum Christi veritatisque testium recipere haud erubescimus resipiscentem latronem, qui loquebatur, cum totus sileret mundus, eumque fideliter imitatum Centurionem, qui mundi furore posthabito publice profiteri non dubitavit, Jesum cruci suffixum, imo mortuum, esse justum illum, Deique filium.

Sole autem hoc justitiae caput suum aureum exerente rursus per gloriosam de mortuis resurrectionem, lucisque radios undique disseminante, discipuli ipsius tanquam totidem stellae accensae lumen veritatis spargere, ipsisque orbis cedere in disciplinam; quam ob rem instructi sunt necessariis & eminentibus Spiritus S. donis, effectusque coram Synedriis & in Synagogis vario modo fuit conspicuus. Prolixus sane essem, & vestra abuti velle patientia, Auditores, viderer, si omnia quae in Apostolorum actis Epistolisve huc spectantia recensentur, digito saltem attingerem; hoc sicco, quod ajunt, pede transire nequeo, post Apostolos ordinatos fuisse διδασκάλους

λης κοπιῶντας ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ : Verum an illorum qui-  
 dam partes suas separatim habituri fuerint , in veritate con-  
 servanda , asserenda & juventuti , sacro Ecclesiae Ministerio  
 consecratae , instillanda , juvat indagare . Apostolus sane in-  
 ser Ecclesiae munia distincte refert *Pastores & Doctores* Ephes.  
 4, 11. διδάσκοντες ἢ παρακαλῶντες Rom. 12, 7. non quasi non una  
 persona utroque dono instructa esse & utrique operi se im-  
 pendere possit . Contrarium enim haecenus per omnia Ec-  
 clesiae fata animadvertimus , & Ecclesiae Christianae per  
 omnia saecula praxis , tam Patrum & Reformatorum , quam  
 praesente aevo aliud docet . Mature tamen *Scholas* constitu-  
 tas fuisse legimus , *Antiochiae* , in qua *Barnabas* vir Apostolicus ,  
*Simon Niger* , *Lucius Cyrenaeus* , & *Menachem* docuere Christia-  
 nam *Theologiam* . Nonne *Paulus* ( parvus Benjamin ) qui , ad  
*Gamalielis* celeberrimi Doctoris , *Hillelis* supra laudati discipuli  
 & successoris , pedes sedens , in lege Patria informatus fue-  
 rat , discipulos habuit multos tanquam filios , *Timotheos* ,  
*Titos* , *Epaphroditos* , *Philemones* ? ut & *Johannes* , insignite  
 ὁ Θεολόγος in frontispicio Apoc. in *Schola Efesina* ? inter quos  
 eminent *Polycarpus* , quem dein' quinquaginta annis *Smyrnae*  
 docuisse & per *Irenaeum* discipulum suae eruditionis rivos  
 in Pannoniam & Galliam emisisse , introductam itidem  
 doctrinam Christianam per *Lucium* , Pauli discipulum Ratis-  
 bonae , per *Maternum* , Petri auditorem , Argentinae & Colo-  
 niae , per *Clementem* , Moguntiae , perque *Marcum* Juliobonae ,  
 hodie Vienna in Austria , referunt historiarum sacrarum  
 cōpilatores antiquissimi . ( *Videsis Iren. lib. 3. cont. haeres. c. 3. Cent. 1.  
 lib. 2. c. 10. Hist. Eccles. Magd.* ) *Alexandrinam Academiam* mirum  
 in modum saeculo jam secundo ornarunt praeter *Quadra-*  
*tum* , *Aristidem* , *Justinum Martyrem* , *Athenagoram* , *Hermiam* , *Pan-*  
*taenus* ejusque discipulus *Clemens* , qui de hoc Praeceptore fa-  
 retur ,

tetur, se cum pervagatus esset *Asiam*, tandem contentum fuisse *Pantaeni* iudicio, qui eruditione & pietate eximia praeditus, imo *Spiritus S. Testimonio ornatus fuerit.* (vid. *Euseb. H. E. lib. 5. c. 9. 10. 11. lib. 6. 13. Niceph. lib. 5. c. 18. & c. 10. Hist. Eccles. Magd. cent. 2. c. 7. & 10.*) Saeculo sequente tertio & quarto ineunte *Caesareae Origenes, Nicomediae, Laetantius, Laodicaeae, Epiphanius, Byzantii Gregorius Nazianz.* qui & scholarum *Palestinae*, ubi *Rhetoricam* didicerit, meminit, florere; *Minutio Felice, Cypriano, Arnobio, Gregorio Nysseno, Ambrosio, Miletio, Athanasio, Hilario, Basilio, Cyrillo*, aliis, non minori eruditionis & pietatis *Theologicae* laude insignibus. Christianis saeculo quarto ad Imperii *Romanigubernacula Caesarea* promotis, *Scholae* partim ubique novae constitutae partim fundatae in meliorem formam restitutae fuere, cum honori duceretur veritatis *Christianae Professorem* nominari. Sic saeculo quinto *Theodosius* definivit, in *Gymnasio Constantinopolitano* constituendos *Romanae eloquentiae Oratores tres, decem Grammaticos, Graecae facultatis quinque & Grammaticos decem, Philosophum unum & duos legum Professores* (notante *Baron* ad an. 425.)

Mirum autem vobis forte videbitur, *Aud. Opt.* nullos legi constitutos *Theologiae Professores*, nisi saeculi sexti medio; tum enim ab *Agapeto* Papa instrui coepta legitur *Schola Theologica* sacrarum literarum, rationem dicitur *Annalium* parens *Aulae Romanae* parasitus invenisse putat, dum non extitisse habere ait, *Romae Doctores, qui publice in Scholis sacras literas profiterentur, ut ex hoc intelligas puritatem Apostolici fontis ibidem jugiter scaturientis & in universum orbem aquas limpidas derivantis.* Sed si quanda foret hujus rei intermissae ratio, jam mature τῆς ἀνομιᾶς μυστηρίων se movere coeperat, *Episcopis à Presbyteris* contra *Scripturam & praxin Apostolicam* se distinguentibus, & *doctrinae sacrae partes ad se solos rapiantibus*, plus magisterio

rio per votorum numerum, non rationum pondus, quam ministerio deditis, ut fumus in Ecclesiae atrium, desinente veritatis accurato scrutinio, sese conferto agmine non ingerere non potuerit. Habebant equidem saeculo jam quinto *Augustinus, Hieronymus & Chrysostomus* sua Collegia, in quibus Ecclesiae Ministri vigilantes plantarentur, non autem ignavi & saginati ventres stertere consueverent, quo & pertinebant *Ecclesiae Cathedrales* sive *Canonicorum*, uti *Collegiatorum* diversa praedicata innuunt; Ast illas socordia ad opes potius consumendas, quam diligentia ad opera consummanda paulatim occupavit, erant *κατὰ ἰσότητα καὶ γαστέρας ἀργαί*. Colligebantur in illis collegiis quoque tunc temporis instructissimae *Bibliothecae*, sacram litteraturam continentes, sed carcere quasi in spem melioris aevi inclusae. Re Christiana inde in sequius labente, mansit tamen *Professionis Theologiae* nomen in usu, *Carolo Imperatore Magni* nomen, quod collapsas *Academias & Scholas* erexerit, novasque fundavit, consecuto, *Baronio*que ad annum 859. notante, *Episcopos Galliarum* in *Tullo ad Sarponarias* collectos conclusum fecisse de *Scholis S. Scripturae* institutendis.

Devenimus ad fatum *Theologicae Professionis* deplorandum per *Theologiam Scholasticorum*, qua pluris *Aristoteles* quam *Paulus* aestimabatur. Fundamenta illius jecit saeculo nono *Johannes Damascenus, Berengario, Bertramo* vel *Retramne & Iohanne Scoto Erigena* doctrinam interea saniolem de *S. Coenae Sacramento* profitentibus, donec saeculo duodecimo per *Iohannem Rucelinum* in *Gallia & Averroem* in *Hispania*, horumque discipulos *Abelardum, Petrum Lombardum* sententiarum Magistrum, porro per *Ottonelem Frisingensem* in *Germania*: Saeculo XIII. autem per *Alexandrum de Ales*, *Minoritam Gymnasii Parisiensis Professorem*, *Doctoris irrefragibilis* cognomine insignitum,

signitum, *Albertum M. Germanum*, qui, Episcopatu Ratisbonensi sponte abdicato, Coloniam, ut meditando haberet otium, secessit, porro per illorum Auditores, *Thomam Aquinatem*, *Iohannem Scotum*, qui Doctoris subtilis titulo gaudebat, *Raymundum Lullum* Catalaunum, qui Barcinonae profitebatur: Saeculo denique XIV. per *Guilielmum Ockam* aliosque *Theologia* haec *Scholastica* ad ἀρχὴν perducta fuit. Hoc sc. aevo plumbeo duo Testes Apocalyptici, V. & N. T. scriptores, sacris terminorum barbarorum nihilq; significantium tam involuti fuerunt, ut in plateis civitatis magnae, πνευματικῆς Sodomae & Aegypti, mortui jacerent, & tantum non sepelirentur. Nemo enim quid definire audebat profligato isto tempore, nisi quod *Stagiritae* placeret. Memorabilis est de hoc aevo querela *Aventini*. *Nostro aevo*, inquit, *divinae penetratae veritatis Philosophiae ignavis praeclosa esse opinantur, clavesque coelestis thesauri Aristoreli Stagiritae Dialecticisque acceptas referunt, quod si maxime verum esset, pergit Historicus, nullus Theologus esset in universa Germania.* *Annal. lib. 2. in Nerone.* Non erat tamen Deus Ecclesiae suae ejusdem temporis plane oblitus, Theologos saniores & simpliciores illi largitus; Agmen ducunt *Waldenses* & *Albigenses* saeculo XII. antiquissimam *Theologiam* Christianam longe lateque diffusam vitaque sancta munitam, vel ipso *Reinerio* hoste teste, professi, quorum vestigiis institere *Wiclefus* in Anglia saeculo XIV. *Johannes Hus* & *Hieronymus Pragensis* in Bohemia saeculo XV. qui *Scholas Theologicas* refertissimas discipulosque bene multos habuere; ut de *Taulero* & *Fero* Germanis, *Nicolao de Clemangis Gallo*, *Thoma de Kempis* Batavo, *Joh. Pico Mirandulae Comite*, & *Marsilio Ficino* Italo, *Theologis* celebratissimis, & me commendet brevitatis, nihil, jam dicam.

Donec Pater misericordiarum in opis Ecclesiae suae miserus appellere jussit tempus διορθωτικῆς initio saeculi XV. per stupendam *Reformationem*, tum enim verae *Theologiae* Professio

D

&amp; pu-

& purior & solidior, ex unico verbi Dei fonte postliminio restituta fuit & tradita. Jam paulo ante corda Principum summus rerum Arbitrator eo direxerat, ut consilium de introducendis in suis ditionibus Academiis, cum summis etiam honoribus & privilegiis, inirent & executioni darent, postquā Lotharii Imperatoris auctoritate in Academia primum Bononiensi *omnium Facultatum Doctores* creari coepissent; quanti enim heroes ex Academiis Helveticis, Wittenbergica & Palatina, tanquam totidem equis Trojanis, ad incipiendum Reformationis opus admirandum prodierint, amplissima hac de re conscripta volumina ita docēt, ut me praecone haut indigeant, unde ros juventutis tanquam ex aurorae utero effusus est, *Luthero, Zwinglio, Bucero, Oecolampadio, Melanchtone, Brentio, Crucigero, Chytraeo, Osiandro, Chemnitio, Martyre, Farello, Vireto, Calvino, Beza, Sadeele, Mornaeo, Vrsino, Zanchio, Pareo*, aliis sine numero, ob stetricem navantibus operam. *Mei dulcissimi HERBORNÆI*, cujus Rector primus Magnificentissimus fuit gloriosissimae memoriae *Comes & Dominus PHILIPPUS LUDOVICUS, Comes HANOVIAE, Athenaei nostri Fundator Religiosissimus, Munificentissimus*, heic oblivisci nequeo, duodecimum ultra seculum agentis annum, praeclarissimorum semper Theologorum, usi & adhuc dum fruētis *Professione; Oliviani, puta, Piscatoris, Zepperi, Nahumi, Textoris, Hermannii, Pasoris, Martinii, Bisterfeldii, Ravensbergeri, Noldii, Heidfeldii, Alstedii, Irlenii, Niseneri, Posthii, Heinii, Claubergii, Wittichii, Steinbergii, Andreae, Netheni, Melchioris, Hildebrandi, Lentii, Horchii, Florini*, quanta refero nomina! Prout non minus *HANOVIA nostra, Tosanis, Oracis, Pareis, Vildii, Gantesvilleris, Suiceris, van der Meulen, Klingleris, Gürtleris, Mundi Luminibus* clara existit.

Sed quo provehor! Aud. Hum. diu enim tempus me vocat, ut sermonis impoliti vela contraham, quod & faciam, si verbulo *praestantiam & eminentiam Professionis Theologicae* tetigero,

tigero, spe & consolatione scripturarum fretus, *Theologiae Professionem*, cum instante Babelis ruina secunda temporumque emendatione, tam in radiante luce positum iri, ut omnes Ecclesiae filii futuri sint à Deo docti, parvi aequae ac magni cognituri Jehovam, ipsique unico humero servituri, ut denique fiant omnia Regna mundi Dei & Christi ejus.

Praerogativa, qua gaudet Theologia, non est potestatis, sed ministerii, non invehendum est nomen humanum, sed erigenda tantum Dei in verbo suo loquentis auctoritas; oritur alias nova Babel, qualem erexit Antichristus in Ecclesia, ore & spiritu, ad dominationem labiorum comparato, armatus, cornua quidem Agni prae se ferens, verum ut Draco loquens. Hæc est famosa illa cathedra irrisorum, & impia, cui insidentes ponunt os suum in coelis, quorumque lingua percurrit terram. Est etiam μέγα χάσμα inter Cathedram Moysis olim possidentes Deorum instar, & Doctores N. T. tanquam συνεργαὶ τῆς χάριτος suorum Auditorum, illi clavim cognitionis servabant sibi solis, hi inculcant legem omnium in medio positam, optantes cum Mose ut omnes profetent. Ordo decens observari debet, ne alter alterius turbet opus, εὐχρημονία opus est, ut cujusque vocatio ad maximum promoveatur fructum: non ampli tituli, sed operis radii, non pompa, sed ponderosa charismata, non supercilium, sed sincera diligentia commendat *Theologiae Professore* & hominem Dei: Coram Domino valet is servus, qui in minori etiam se gessit fidelem. Praerogativa muneris oritur ex praestantia operis, sicut & ἐπισκοπὴ λαλῶν ἔργου vocatur. Estque ea in *Professore Theologo* 1. veritatis doctrinam, quae est secundum pietatem, sanam & puram conservare aliisque instillare; trade quae *audivisti ex me*, monet Paulus Timotheum suum, (2. Epist. 2. 2.) πιστοὺς ἀνθρώποις, ὅτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρας διδάξαι, & haec est vera παράδοσις traditio, quae in Ecclesia semper viguit,



sed cum & ex scriptura, non extra & praeter eã 2. Disspellere errorum nebulas, contradicentibus os obturare, gordios obloquentium solvere nodos. 3. Efformare & exasciare idoneos Ecclesiae Ministros, pios ante omnia & doctos, vinum enim hoc generosum nulli dolio, nisi a faecibus purgato & exusto, infundendum. *Sincerum nisi vas, quodcunq; infundis arefcit: nonne illustre opus, loco gregariorum militum formare duces, loco ovium pastores? ut meliori jure de Theologia ejusque professione, quod Cicero in Tusc. de Philosophia, exclamare possim. O vitae Theologia dux! O virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, quid non modo nos, sed omnino vita hominum, sine te esse potuisset? tu nos primum ad Dei cultum revocasti, tu ab animo nostro tanquam ab oculis caliginem dispulisti, tu vitia extrahis & praeparas animos ad satus percipiendos: Tu mederis animis, sollicitudines detrahis, cupiditatibus liberas, tu pellis timores.*

Audivistis, Aud. Hon. Theologiae Professionis antiquitatem in Ecclesia per omnia tempora, ejusque utilitatem, & praestantiam huc usque a me textam: percepistis, omni aevo saltem munus Theologiae Professoris in Ecclesia & Academia conjunctim obtinuisse. Miramini jam, quod in animum induxi meum hanc professionis functionem muneri pastoralis gravissimo combinare? imo merito, si cum ej<sup>o</sup> postulatis tenuitatem meam comparaveritis. Quis enim adhaec idoneus! Sed jacta est alea. Placuit ita summo rerum humanarum Rectori, placuit ILLUSTRISSIMI ET CELSISSIMI COMITIS, AC DOMINI PHILIPPI REINHARDI, COMITIS HANOVIAE, PATRIAE PATRIS LONGE GRATIOSISSIMI, ATHENAEI HUIUS EVERGETAE BENIGNISSIMI, DOMINI MEI CLEMENTISSIMI nomine, rei Reformatae Proceribus, & Illustris Licei HANOVICI Curatoribus, hanc mihi demandare provinciam, quibus Patronis meis benevolentissimis pro hoc aliisq; in me collatis beneficiis debitas & paratissimas offero grates. Dabo

per

per Dei gratiam operam pro mea virili, ut spartam, quam nactus sum, ornem, *profitebor Theologiam* nō aliam quam antiquissimam & castissimam, ubi tot Patriarchas, tot Reges, tot Prophetas, Christum ipsum, Apostolos, tot Martyres & veritatis Testes habeo antesignanos, ut & huj<sup>9</sup> gerendae oeconomiae laetam aliquando possim coram supremo iudice reddere rationem. Nobilissimis & Clarissimis *Dominis Professoribus* reliquis, nunc Collegis Honorandis, sive absentibus sive praesentibus, pacem & omnis generis charitatis officia sancte stipulor, ita Deus pacis erit nobiscum, nostrisque largiter dicet bene laboribus. Vos autem *Praestantissimi D. Studiosi*, quorum studiis sacris moderandis hodie praeficior, animate me vestra diligentia, & ingenua pietate, meum amorem. studiumque sincerum vobis polliceor, vobis impendam quicquid testaceo hoc vasculo reconditur thesauri. Urgete & excitate oscitantem. Agnellos tundentes matrum ubera, ut lac fluat uberi<sup>9</sup>, imitamini. Eloquar ad vos τὰ λόγια τῆς οὐρ̄. Dedicate Deo vestras mentes, odorati sui timorem: מִסְכָּח לַיהוָה מִסְכָּח Miscebo doctrinam cum necessaria quandoque correctione, sed paterne, non severa morositate. Pastor enim vester aeq; ac Professor ero. Absit modo à vobis profanitas & petulantiae prurigo. Mementote, charissima pectora, Dei, Parentum, Patriae, Ecclesiae de vobis expectationem. Videte ne frustra irreparabile tempus teratis. Utimini porrecta vobis divina gratia. *Theologia* non fert homines profanos, ut Hibernae trabes non ferunt araneas, nec ager Melitensis viperas. Alligabo vos soli scripturae, absque qua loqui Theologus aequè erubescere, ac Juris Consultus absq; lege, debet: *quod enim, Hieronymo teste, de scriptura non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur ac recipitur.* (Comment. in Matth. c. 23.)

Etsi autem in his omnibus cum Viris Celeberrimis toto Orbe, Antecessoribus ex hoc loco venerabilibus, pari ambulare

lare passu, mihi non arrogare audeo, vel inopiam meam, vel temporis, fatendum enim quod res est, mihi propter notas occupationes Ecclesiasticas impendendi, penuriam respiciens, legam tamen pia & docta ipsorum vestigia; adeoque religioni ducere oportuit, huic demandato muneri me subducere. Si desint vires tamen est laudanda voluntas!

*Tu vero, O Numen τρισάγιον! Pater Misericordiarum! à quo solo omne lumen, omne bonum, procedit, qui me miserum homuncionem gratia tua complecti haecenus, tuorum pretioso gregi praescire, dignatus es. Quicquid in me boni, tuum, mali vero, meum est. Bona tua in me collata meritis meis longe sunt majora. Utinam esset in me aliquid, quod illustrandae tuae gloriae, quod emolumento Ecclesiae, sanguine Filii tui acquisitae, huiusque Scholae, Tibi dedicatae, impendi queat. Respice servum tuum ex alto. Condone ipsi omnia peccata. Auge vires animi & corporis, instrue ipsum imbecillem Spiritus tui S. donis necessariis, qui tribuisti novam stationem, concede novam quoque necessariam gratiam, sanctifica cor, tange linguam. Dic bene omnium docentium discendumque laboribus. Misere afflictae tuae Ecclesiae. Serva summos illius nutritios Magistratus. Protege Illustrissimum & Celsissimum Hanoviae Comitem DN. PHILIPPUM REINHARDUM, Dominum & Patriae Patrem Clementissimum. Tuere & auge totam ipsius Celsissimam domum & profapiam. Sospita eius Consiliarios & Ministros. Dirige huius Athenaei Curatores. Conserva utramque hanc Urbem, spectabilemque illius Magistratum. Compesce Tyrannorum furorem. Da pacem Domine, in diebus nostris & tandem aeternam salutem in Christo. AMEN.*

D I X I.

---

ACCLAMATIONES VOTIVÆ,

*Viro plurimum Reverendo, Clarissimo & Doctissimo,*

DOMINO

GOTHOFREDO  
JÜNGSTIO,

Ecclesiæ, apud Hanovienses, Reformatæ,

*Pastori fidelissimo & Consistoriali gravissimo,*

Cùm

IN ILLUSTRISCHOLA HANOVIENSI,

SS. TH. PROFESSIONEM,

feliciter capesseret,

*Ab Amicorum Triga oblata,*

Nonis Juniis, Anni MDCCXCVI.

---

**D**Um, Templo, Cathedram jungis, Clarissime JÜNGSTII,  
Rem, Jovæ, gratam, Cynthicolisq; facis,  
Gratulor, ex animo, atque vetus *feliciter!* addo,  
Utque juventuti, sit Patriæque bonum!  
Et precor, usque tuis, fias, juvenilior annis,  
Nestor, & æternum nomen. in orbe, fies!

*Paucis, honori plurimum Reverendi Domini Professoris  
litando, infucato inserviendi studio calentem animum,  
citra fucum, gratulabundus, testari voluit,*

JOH. DANIEL SCHEFERUS,  
Consiliarius Hanovicus.

**D**efine jam luctus, sedes sacrata Camænis,  
Orba Tuo nuper Sceptra tenente Duce!  
**J**ÜNGSTIUS, Ecce! Præst; Vir quo non doctior alter,  
Vir pietate valens Oreque flexanimo.  
Crede! Virum Tantum coelestia Numina injerunt,  
Ut Quem suggestus, sic Stuper & Cathedra.  
**J**ÜNGSTI! Vive, vale, ne Te labor impiobus unquam,  
Frangat; Conservet Te DEUS Omnipotens!

*Faucis hisce, Viro Admodum Reverendo, Clarissimo & Doctissimo,  
Fautori suo plurimum honorando, delatum & Magnifici  
Rectoris & Theologiam publicè profitens munus suscipienti,  
αὐτοσχεδιασὶ congratulari voluit,*

K. MÆSIUS, Rector.

*Ad Virum Plurimum Reverendum, Clarissimum  
& Doctissimum,*

**GOTHOFREDUM JÜNGSTIUM,**  
SS. Theol. Professionem aggredientem,  
*προσφώνησις.*

**C**uncti, conjunctim, Tibi, nunc gratantur honores,  
JÜNGSTI, conjunctos, junctaque vota sonant.  
Jungere, quid, junctis, mea nunc & vota vetabis?  
Jungo, licet, tenui carmine, juncta sient.  
Juncta sient ergo, successu, munus, honosq;!  
Sicce, Deo, jungens, jungeris ipse Deo!

*αὐτοσχεδιασὶ  
f.*

**JOH. JUSTUS KOCH,**  
Gymnasii Con-Rector.

63(0)30











\*( 31 ) \*

ACCLAMATIONES

*Viro plurimum Reverendo, Clarissimo*

DOMINO

GOTHOFRI  
JÜNGSTI

Ecclesiæ, apud Hanovienses,  
*Pastori fidelissimo & Consistoriali*

Cum

IN ILLUSTRIS SCHOLA HANOVENSIS,  
SS. TH. PROFESSIONE

feliciter capesseret,

*Ab Amicorum Triga oblati*

Nonis Junii, Anni 1700

**D**um, Templo, Cathedram jungis. C  
Rem, Jovæ, gratam, Cynthicol  
Gratulor, ex animo, atque vetus f  
Utque juventuti, sit Patriæ qu  
Et precor, usque tuis, fias, juvenilior an  
Nestor, & æternum nomen. in or

*Paucis, honori plurimum Reverend  
litando, infucato inserviendi stud  
citra fucum, gratulabundus, test*

JOH. DANIEL  
Consiliarius

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.